

1.
1.
0
2.
3.
4
5
6



1753.

- *
1. Bornius : Ordinarius senior. ac ceteri collegii
juridici assessores memoriam Bornianam
soleni oratione recolendam indicunt.
2. Bachius, Jo. Augustus : De lege Julia miscella
ejusque usu hodierno
3. Bauer, Joh. Godfridus, fac. jur. pro-cancellarius :
De laudsariis et foro amtsassiarum. Programma,
quo summos in utroque jure honores . . . Tran-
si Georgio Teubert W. Cke largiendos indicunt.
4. Bauerus, Joh. Godfridus : De restituendis et
restituendis fructibus ad de. Nov. 2.
5. Bauerus, Jo. Godfridus : De primogenitura
sive consuetudine Superioris ordinata.
6. Baehni, Carolus Henricus : De philosophia rationali
optima legum positivarum humanarum interprete

1753.

7. Breuning, Christianus Haerem : De abdicacione
ad l. 6 Cod. de pat. probest. 1
8. Breuning, Christianus Haerem : De origine successio-
nis in causa intestati 14
9. Breuning, Christianus Haerem : De praesertione
erictionis jure naturali incognita. 15
10. Breuning, Christianus Haerem : De fidei iuste
exheredato commensando in constituenda legitima 16
quantitate.
11. Feischer, Christianus Fridericus : De debito specie
motu ante traditionem concursu creditorum 17
praeiise praestando.
12. Hommel, Ferdinand August : Praegama, quo
ad frequendas theoriam juris controversi dis-
putationes publicas in iuris lat. 18



1753 -

13. Hommelius, Ferdinands Augustus: De jure
vini adasti.
14. Theobald, Fridericum Alexander, fac. jur. procan-
cellarius: Programma, quo promotionem in utriusque
juris doctorem . . . Christiani Friderici Hetscheri
suscipiendam indicat.
15. Agelius, Gustavus Nuncius: De jure Romanorum
incerto. Programma, quo exercitium Orphanotrophum
publicum . . . instituentiam indicat.
16. Pauli, Martinus Gollub: De utilitatibus, quas
attulit philosophia ad jura et jurispruden-
tiam Romanam.
17. Petermannus, Augustus Gollub: De testamentis
imperatorum.
18. Richterus, Joannes Julius: De donatione bono-
rum receptitiorum ab eorum Saxonia absque
mariti consensu specialiter facta valida.

1753.


19. Richterius, Francus Tobias : De dominico servient
ad praedii servientis refectionem obligato.
20. Richterius, Fr. Tobias : Selectiora juris principia. 8pp.
21. Richterius, Fr. Tobias : Selectiora juris principia
8pp. 24.
22. Rivinus, Augustus Florens, fac. jur. procancelarius
Programma, quo summus in jure honores . . . Chris-
tians Frederico Wiltschko . . . impendos
indicit.
23. Rivinus, Johann Florens, fac. jur. procancelarius : Pro-
gramma, quo summus in jure utroque honores
Aupertis Trangeth Sultzbergero . . . impen-
dendos indicit.
24. Reger, Adrianus, fac. jur. procancelarius : De causis
et fundamentis immunitatis canonicorum, qui sunt
proprietores a residentiae onere. Programma, quo solen-
ni doctoralia Johannis Tobiae Piremanni . . . in De. L..

1753.

25. Hrydy, Christianus Luvv: De potestate arbitri in
libris feudatibus summis vasallis concedenda.
26. Wille, Francus Georgius Tubert: De legitima Alberti I
in Rom. regem electione.
27. Windeus, Fr. Hunden: Unde vin elasticum
ad piscatus aqua rasescens in Pogganum, quo
ad panegyria baccalaurosum invitat.
28. Zigenhagen, Fr. Tacatus: De obligatione foederum.
29. Zoller, Fridericus Gollieb: De diverso praescripta
iuris civilis effecta.







17482.



4025
9626 P.
No: 385.
1753, 11.
DISSERTATIO INAUGURALIS IVRIDICA

DE

DEBITO SPECIEI
MOTO ANTE TRADITIONEM
CONCURSV CREDITORVM

PRAECISE PRAESTANDO

QVAM

ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS

CONSENSV

PRO OBTINENDIS

SVMMIS

IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

D. XVIII. OCTOBRIS MDCCCLIII.

H. L. Q. C.

PUBLICICE DEFENDET

A V C T O R

CHRISTIANVS FRIDERICVS FLEISCHER

ADVOCATVS DRESDENSIS

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.



LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CHICAGO
1837
DEBITO. S. B. C. L. E. I.
MOTO A. B. T. A. D. I. O. N. E. M.
CONCORSO. C. R. E. D. I. T. O. R. I. A. N.
O. C. C. O. N. T. R. A. T. O. S.
I. N. S. T. R. U. M. E. N. T. O. S.
A. D. R. E. G. I. A. M.
I. N. V. I. T. A. T. I. O. N. E. M.
A. D. S. T. A. T. U. S.
C. O. N. T. R. A. T. U. S.
A. D. S. T. A. T. U. S.
C. H. R. I. S. T. I. A. N. I. S. T. R. U. M. E. N. T. O. S.
I. N. S. T. R. U. M. E. N. T. O. S.
A. D. S. T. A. T. U. S.



REVERENDISSIMO ILLVSTRISSIMO
EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
HENRICO
S. R. I. COMITI
A BRÜHL

DYNASTAE IN FORSTA PFOERDEN GROCHWITZ
BORCKE KOHLE REINSDORF SCHOENAV KIMPELSDORF
LINDENAV NISCHWITZ OBERLICHTENAV
SEYFFERSDORF ETC. ETC.

POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS
ET ELECTORIS SAXONIAE MINISTRO PRIMARIO
A CONSILIIIS SANCTIORIBVS PEDITATVS DVCI
REGII CVBICVLI PRAEFECTO FISCO REGII ET AERARII
SAXONICI DIRECTORI PRAEFECTO PRAETORII
POLONICI LEGIONIS TRIBVNO AQVILAE ALBAE
NIGRAE S. ANDREAE EQVITI CAPITVLI S. PETRI
BVDISSINENSIS PRAEPOSITO ETC. ETC.

STATORI REIPUBLICAE PIO FELICI
HEROI INCOMPARABILI
MAECENATI OPTIMO MAXIMO

HANC DISSERTATIONEM
DEVOTISSIMA HVMILLIMAQVE MENTE

D. D. D.

EXCELLENTISSIMO EIVS NOMINI

GLIENS ADDICTISSIMVS

CHRISTIANVS FRIDERICVS FLEISCHER.



§. I.

Quid sit debitum.

Omnis res, quae in obligatione civili est, debitum vocatur. *L. 1. in fine D. de rebus cred. L. 108. et L. 178. §. 3. de V. S.* Per abusum tamen etiam illa res, ad quam praestanda, quis natura tantum obstrictus est, debiti nomine venit, *L. 16. §. 4. D. de fideiuss. L. 40. §. 3. D. de cond. et demonstr.*

§. II.

Quid sit species, genus, et quantitas.

Quando autem res corporalis praestanda est, per multum refert, num genus an species debeatur. SPECIES Iureconsultis idem est, quod Philosophis individuum. *L. 83. §. 5. D. de V. O. L. 5. C. de peric. et commo- do rei vend.* HEINECCIUS, *Elem. Pandect. tit. de optione vel elect. leg. §. 147.* et licet rei vocabulum generale sit,

A

ita



ita ut genus quoque complectatur. *L. 1. in fin. D. de R. C.* appellatio tamen rei, ut plurimum, non genus, sed speciem significat. *L. 6. D. de R. V.* Quod autem apud Philosophos genus proximum et remotum ac species audit, Iureconsulti vno nomine GENVS vocant. Hoc vero, prout numero, pondere aut mensura circumscriptum est, nec ne, vel QUANTITAS, vel GENVS κατ' ἐξοχήν, appellatur. Vnde *debita* quoque vel *generis*, vel *quantitatis*, vel *speciei* esse, facile colligitur.

§. III.

Definitio debiti speciei.

Omnia itaque res corporalis indiuidua, cuius dominium, vel saltem vsucapiendi conditionem, *L. 11. §. 13. de A. E. V. L. 74. §. 2. L. 3. C. de evict.* possessor eius alteri praestare obligatus est, DEBITVM SPECIEI nominatur. Res autem indiuidua seu species, in obligatione esse intelligitur, quando ea ita descripta est, ut ab omnibus aliis speciebus eiusdem generis, dignosci queat. *L. 6. D. de R. V.*

§. IV.

Differunt a debitis speciei res, quae iam in dominio creditoris sunt, et a debitore solummodo possidentur.

Huius loci igitur illas res non esse, quae in dominio creditoris iam sunt, et a debitore tantum possidentur, haut obscurum est, nisi forte debitum speciei, latissimo sensu accipere velimus. Illas autem a bonis auctoritate iudicis possessis, quae massam concursus pragmatici vocant, separandas esse, ex *Lege 24. §. 2. D. de reb. auct. iudic. ex OR-*

DINA-

DINATIONE PROCESSVS SAXONICI, REPETITAE PRAELECTIONIS, ad Tit. 41. §. 1. et ad Tit. 42. pr. nec non EX MANDATO ELECTORALI d. d. 4. Sept. 1669. §. 3. et ORDINATIONE CAMBIALI LIPSIENSI §. 34. satis liquet. Quae vero, cum ab aliis iam satis explanata sint, merito missa facimus.

§. V.

Ad debita speciei pertinent res singulares et vniuersales, mobiles et immobiles.

Res corporales speciales indiuiduae, in singulares, et vniuersales et illae rursus in mobiles et immobiles, disper- tiuntur, vnde facile est intellectu, quod etiam v. c. biblio- theca, grex, et apud nos, Gerada quoque, et quae sunt reliquae vniuersitates rerum, nec non omnes res mobiles atque immobiles, ad speciei debita referantur.

§. VI.

Debitor speciei ad translationem domini, vel saltem vsucapiendi conditionis, est obligatus.

Quum autem debitor speciei, dominium eius, vel saltem vsucapiendi conditionem, creditori praestare oblige- tur, facile patet, 1) quod causa seu titulus ad transferendum dominium habilis, v. c. emtio, venditio, donatio, trans- actio, praecedere debeat, et 2) quod non nisi res debitoris propriae, et quarum tradendarum facultatem ille habet, in numero earum obligationum ponendae sint. Quando enim quis ad dominium rei alienae in alterum transferen- dum obstrictus est, obligationem dandi, obligatio faciendi

praecedat, et non nisi hac impleta, debitum speciei nascitur. Sic, ut exemplum adiungamus, in legato rei alienae, heres, qui illam emere, et legatario dare debet, initio ad faciendum est obstrictus, et non prius, quam rem istam emerit, et traditam acceperit, debitor fit speciei. In legato contra, rei heredis propriae, illum statim post aditam hereditatem, speciei debitorem intelligi, palam est.

§. VII.

Debitum speciei solo contrahentium consensu constituitur, debitor tamen in tempus traditionis dominium eius retinet.

Quae vero de dominio speciei cuiusdam, in aliquem deriuando, ineuntur conuentiones, v. c. emtio, venditio, transactio, donatio, hereditatis aditio, et moribus Germanorum etiam pactum de permutando, solo consensu perficiuntur. Vnde prono fluit aluco, statim post perfectam eiusmodi conuentionem, speciei tradendae necessitatem debitori incumbere, licet ipse, in tempus traditionis, dominium retineat. Traditio enim, non ad substantiam istarum conuentionum, sed ad earum implementum pertinent. Hinc etiam in Saxonia Electorali, vbi dominia rerum immobilium, traditione iudiciali demum, id est, pristini domini resignatione, et inuestitura noui acquirentis, transferuntur, DECISIO ELECTORALIS LXI. d. a. 1661. debitum speciei solo contrahentium consensu, constituitur, cum traditio haec iudicialis, perinde ac illa, quae extra iudicium fit, ad consummationem tantum conuentionis, spectet, quamuis creditor speciei, non prius, quam sollempnitate hac peracta, dominus intelligatur.

§. VIII.

§. VIII.

Species diuisionem non recipit, sed integra praeſtanda eſt.

Species, cum apud Iureconſultos idem ſit, quod apud Philoſophos indiuiduum, §. II. per ſe patet, quod diuiſionem non recipiat, *L. 11. §. 24. de Legat. 3. L. 2. §. 2. de V. O. L. 192. de reg. iuris.* et itaque integra praecſtanda ſit. Hinc ratio reddi poteſt, cur 1) plures debitoris ſpeciei heredes, ſinguli in ſolidum, *d. LL. 2)* heredes contra eius, qui quantitatem debuit, pro portionibus hereditariis, conueniantur, *arg. L. 7. §. 1. L. 9. D. Depositi. L. 6. C. fam. herciſc.* et cur denique 3) plures, quibus eadem ſpecies ex vna eademque conuentione debetur, ſinguli in ſolidum interpoſita cautione de communicando, agant. *Arg. L. 1. §. 36. D. depoſiti.* Ex eadem hac regula 4) clarum eſt, ſpeciem diuerſis conuentionibus, duobus promiſſam, inter illos non diuidi, ſed illum, cui priori res tradita eſt, in deſtinando dominio potiore habendum, *L. 15. C. de R. V.* ſpeciem vero neutri adhuc traditam, illi praecſtandam eſſe, qui prior contraxit. Is tamen, qui duobus in ſolidum, eandem rem, diuerſis contractibus, vendidit, ex conſtitutione D. HADRIANI, poena falſi coercetur. *L. 21. D. de Lege Corn. de falſis.*

§. IX.

Pro ſpecie debita creditori nec alia ſpecies, nec quantitas, obtrudi poteſt.

Notiſſima porro eſt regula iuris, quod aliud pro alio, inuito creditori, ſolui non poſſit. *L. 2. §. 1. de R. C.* Conſequens ergo eſt, 1) vt debitor ſpeciem debitam praecſe dare



dare cogatur, nec praestando interesse liberetur. *L. 75. §. ult. de V. O.* Hinc venditor traditionem rei venditae recusare nequit, quamvis vel duplum offerat pretium emptori *L. 11. §. 2. D. de A. E. V. L. 6. C. de resc. vendit.* PAULVS *Recept. Sent. I. 13.* CL. LVDER. MENCKEN, *Dissertatione de Venditore ad rei venditae, necessariam traditionem obligato*, habita Lipsiae, a. 1698. et si condemnatus, iudici non pareat, manu militari, officio iudicis ab eo possessio transfertur. *L. 68. D. de R. V. Ill. FERD. AVG. HOMMEL*, *Dissertatione de manu militari*, habita Lipsiae, a. 1742. Hinc etiam ad exemplum venditionis, in donatione specierum inter viuos facta, traditionis necessitas incumbit donatori *§. 2. Inst. de donat.* Quae omnia in reliquis pactis et contractibus ad transferendum dominium habilibus, simili modo procedunt. Ex eodem principio fluit 2) speciei promissae, nec cum genere quodam, nec quantitate, nec alia specie, vllam esse compensationem. *Arg. L. 1. §. 2. D. de separat.*

§. X.

Pro specie debita, aliam speciem, aut quantitatem solvere, debitor non cogitur.

E contrario, debitor etiam aliud pro alio solvere non cogitur *L. 6. D. de per. et commodo rei vend.* Consequens ergo est, debitorem speciei, interitu eius liberari, si nulla eius culpa aut mora concurrat. *L. 23. D. de V. O. L. 5. §. 2. D. de rescind. vend.* Vnde colligitur, statim post perfectam venditionem, donationem, transactionem, vel quamcunque aliam conventionem de specie aliqua tradenda

denda initam, omne speciei periculum ad creditorem eius pertinere. *L. 18. pr. D. de pignor. L. 6. C. de R. V.*

§. XI.

Thematis expositio.

Haec omnia, quae de praestatione debiti speciei, praecise et integra facienda exposita sunt, non adeo multum dubii habent, apud Iureconsultos, quam diu bona debitoris omnibus eius debitoribus sufficiunt. Cl. LVD. MENCKEN, Dissertatione laudata, *de venditore ad rei venditae necessariam traditionem obligato*. Ill. DE BERGER, *Resolut. LL. obst. Lib. XIX. tit. 1. Quaest. 3.* Quando vero debitor bonis cessit, aut bona eius auctoritate iudicis possidentur, et sic, ut nostro aevo Iureconsulti loquuntur, concursus creditorum mouetur, ingens oritur controuersia, num debitum speciei praecise et integrum praestandum sit, an vero conuentio ipsa rescindatur, et creditor tantummodo solutum forte pretium, repetere, et in concursu, ut cum pragmaticis loquar, liquidare, locationem expectare, et bonis debitoris, omnibus creditoribus non sufficientibus, satisfactione pro rata pretii quantitate, contentus esse debeat? Priorem sententiam autem, Iuris Romani, pariter atque Saxonici principis, magis consentaneam esse, ex sequentibus apparebit.

§. XII.

Primum, pro sententia aiente, argumentum: Moto concursu creditorum pacta cum debitore communi inita non expirant, nisi in fraudem creditorum tendant.

Missionem creditorum in bona debitoris, ex secundo decreto, quae olim obtinuit, a processu concursus in patria



tria nostra, multisque aliis prouinciis Germaniae, intro-
 ducto, longe differre, inter omnes constat. In eo tamen
 Ius Romanum et Patrium, conspirant, quod pacta et contra-
 ctus, a debitore communi, antequam foro cessit, initi-
 rati maneant. Processus itaque, qui in concursu credi-
 torum obseruatur, non ad modos tollendi obligationes,
 sed potius ipsis satisfaciendi, pertinet. Rescinduntur qui-
 dem conuentiones, quae fraudationis causa a debitore com-
 muni cum eo, qui fraudem non ignorauit, gestae sunt. *L. 1.
 pr. D. quae in fraudem credit.* et in hos quoque, qui vel
 ignorantes ab eo, qui soluendo non sit, liberalitatem ac-
 ceperunt, haec actio creditoribus datur, quatenus lo-
 cupletiores facti sunt. *L. 6. §. 11. D. d. tit.* Sed haec sub-
 sunt causae, 1) quod ille, qui cum fraudatore sciens con-
 trahit, dolum committat, qui semper Praetori iusta causa
 restitutionis in integrum, visa est, et quod 2) iniquum
 Praetor existimauerit, eum, qui a fraudatore titulo lucra-
 tivo quid accepit, cum reliquorum creditorum damno,
 fieri locupletiores et sic rescissione conuentionis, lucrum
 ipsi extorqueri, non damnum infligi, censuerit. *L. 6. §. 11.
 D. d. tit.* Cum itaque illae tantum conuentiones et libe-
 ralitates, quae in fraudem creditorum factae sunt, moto
 concursu, improbentur, consequens est, omnia pacta;
 omnesque contractus, qui solo consensu perficiuntur, mo-
 do in fraudem creditorum celebrati non sint, ratos manere;
 licet ante eorum implementum, debitoris bona auctoritate
 iudicis possideantur. Quod enim non est mutatum, cur
 stare prohibetur. Quam ob rem contrariam sententiam
 omnia



omnia nimirum pacta omnesque contractus, perfectos quidem, sed nondum adimpletos, superueniente concursu creditorum, infirmari, sine lege asserere, merito erubescimus. Fac ergo, debitorem cum adhuc soluendo esset, speciem aliquam, v. c. domum alteri vendidisse, transactionis causa promississe, vel donasse, nec tamen tradidisse. Quis est, qui de perfectione eiusmodi pactorum et contractuum, et de obligatione debitoris ad speciem integram et praecise praestandam, dubitet, licet ex neutra parte implementum sit secutum? Cum autem haec tradendi necessitas, orto concursu creditorum nullo modo expiret, creditores quoque in possessionem missi, domus, a debitore communi, ante motum concursum citra illorum defraudationem venditae, donatae, vel transactionis causa promissae, traditionem nullo iure recusant.

§. XIII.

Secundum Argumentum: Creditores in possessionem missi, debitoris communis personam repraesentant.

Creditores, auctoritate iudicis, ex secundo decreto in possessionem missi, vel quemadmodum nostris temporibus pragmatici dicunt, concursus creditorum, debitoris communis personam repraesentat. Concursus ergo creditorum omnia iura, omnesque habet actiones, quae debitori communi competunt, et hinc iisdem obligationibus obnoxius est, quas debitor communis, antequam bona eius possideantur, sine defraudatione creditorum contraxit. Cum itaque debitor speciem debitam praecise tradere cogatur, nec alii citra poenam falsi vendere possit (§. VIII.)

B

credi-



creditores quoque, qui debitoris communis personam representant, ex venditione speciei debitae sibi consulere nequeunt, sed illam praecise et integram praestare obstringuntur.

§. XIV.

Tertium argumentum: Debita speciei diuisionem non recipiunt.

Cum porro species debita diuisionem non recipiat, sed solida praestanda sit, et sic ne inter plures quidem creditores ex diuersis conuentionibus, circa eandem concurrentes, diuidatur, (§. VIII.) palam est, multo minus debiti speciei, et quantitatis, inuicem pro rata parte, aliquam esse contributionem. In concursu itaque creditorum, ubi nunquam fere bona omnibus sufficiunt, solutio pro rata parte, ad sola debita quantitatum spectat, non vero specierum, quippe quae, sua natura, pro rata parte praestari nequeunt.

§. XV.

Quartum argumentum: Aliud pro alio inuito creditori solui nequit.

Accedit, quod aliud pro alio inuito creditori solui nequeat. (§. IX.) Debitorum autem speciei et quantitatis contributio quaedam fieri nequit, nisi prius debitum speciei, in debitum quantitatis commutatum esse fingamus. Fac itaque debitorem communem domum aliquam, ante motum concursum, accepto pretio, vendidisse quidem, nondum vero tradidisse, superueniente concursu, si emptori, tanquam creditori speciei, simul cum creditoribus, quantitatum, satisfacere velimus, fingendum foret, emptio-

nem

nem rescissam, et debitorem communem non nisi ad restituendum pretium, emtori obligatum esse. Sed cum nusquam constitutum reperiamus, quod debita specierum, moto concursu ipso iure, in debita quantitatum transfundantur, non est integrum Iureconsultis tale quid fingere. Quid, si transactionis, aut permutationis causa citra ullam aestimationem, praecipue loco rei aestimationem non recipientis, v. c. pro aquae ductu, species aliqua promissa fuerit? Hoc sane casu, nec fictionem istam locum obtinere, luce meridiana, clarius est.

§. XVI.

Quintum argumentum: Species derogat generi.

Huc quoque facit regula iuris, quam *Lege 80. D. de reg. iuris*, PAPINIANS tradit: *In toto iure, iniciens, generi per speciem derogatur, et illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est.* Cum itaque genus latius acceptum, etiam quantitates comprehendat, consequens est, ut debitum speciei, debito generis perinde, ac quantitatis, deroget, et in concursu creditorum illi prius, quam his, satisfieri oporteat.

§. XVII.

Sextum argumentum: Contractus de specie quadam initus, debitore bonis lapsus, non rescinditur ex parte creditoris, et hinc nec ex parte debitoris dissolvitur.

Contrariis rem illustrare interdum iuvat. Ponamus itaque, aliquem, ante ortum concursum, a debitore communi domum, annulum, vel aliam rem emisse, citra mortem vero aut culpam debitoris, ante traditionem, illam in-



condicio consumptam, hanc furto subtractam esse. Quis est, qui regulam iuris §. X. expositam, quod nimirum debitor speciei, rei interitu, vel amissione, liberetur, moto concursu expirare contendat? Quin potius nullum est dubium, emtorem nihilo minus ad pretium integrum praestandum compelli, nec audiri, si illud, ante fatalem casum forte solutum, repetere velit. Quae omnia perinde locum obtinebunt, quando emtio ante concursum inita, creditoribus magis proficua videtur, quam futura venditio sub hasta. Cum itaque moto concursu creditorum substantia debiti speciei salua maneat, quatenus in commodum concursus tendat, iniquissimum foret, si eam, quatenus in illius vergat praecudicium, immutatam esse dicamus. Nam secundum naturam est, commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda. *L. 10. D. de reg. iuris.*

§. XVIII.

Conclusio: Debitum speciei moto etiam concursu creditorum praecise praestandum esse.

Quae cum ita sint, debitum speciei mobilis, pariter atque immobilis, vniuersalis et singularis, etiam in concursu creditorum praecise ac integrum praestandum est, adeoque creditores, auctoritate iudicis in possessionem missi, ad speciem tradendam obstricti sunt, licet debitor ob non fecutam traditionem rei mobilis, et resignationem ac inuestituram rei immobilis, eo tempore, quo foro cessit, adhuc dominus eius fuerit, creditor speciei vero, non nisi ius personale habuerit, ad eam consequendam.

§. XIX.



§. XIX.

Consentit Ill. de Berger.

Facit nobiscum Cl. DE BERGER, *Oeconomia Iuris Lib. III. Tit. V. §. XV. Nota 2.* in casu emtionis venditionis rei immobilis, vbi ante resignationem et traditionem iudicalem, concursus creditorum aduersus venditorem cooritur. Verba eius haec sunt: *Venditor praecise ad rem tradendam tenetur, nec praestando id quod interest, liberatur, modo tradendi habeat facultatem, cui doctrinae etiam locum esse videtur, quamuis venditor ante traditionem et iudicalem resignationem, aduersus se excitavit concursum creditorum, utpote quos non onera minus debitoris, quam commoda subire oportet.* Quam sententiam SUMMO, quod DRESDAE est, PROVOCATIONVM CONSILIO, in *Johann Wohstrabens Concurs, Consil. hyl. a. 1711.* placuisse, BERGER c. l. testatur.

§. XX.

Consentit etiam Cl. de Werner.

Descendit in eandem sententiam simili casu WERNHER, *Select. Obseru. forens. P. IV. Obs. 68.* In foro Saxónico, inquit, *dominium rei immobilis non aliter transfertur, quam mediante resignatione iudiciali. Decis. Elect. 61.* Fac igitur huiusmodi rem a debitore venditam et traditam esse, sed citra inuestituram iudicis, postea vero excitari in illius bonis concursum creditorum. *Quaeritur, an curator bonorum eam ab emtore iure domini, quod venditor retinuit, repetere queat? Quod negandum, propter exceptionem rei venditae*

ditae et traditae, quae tali casu creditoribus, perinde atque ipsi debitori, cuius personam repraesentant, (§. XIII. h. differt.) obstat. Ita Ordo Witebergensis, Mensē Maio 1699. ad Consultationem Johann Meißners Notar. Publ. Caes. in Leipzig respondit. Videtur quidem primo intuitu WERNHERVM, haec de illo tantum casu asseruisse, ubi res vendita, ante motum concursum saltem extra iudicium emtori tradita fuerit. Sed cum traditio rei immobilis venditae, extra iudicium facta, iure patrio, nullum ius reale in emtorem transferat, DECIS. ELECT. LXI. d. a. 1661. et emtor ideo ante iudicalem resignationem et inuestituram non nisi ius personale habeat, res vero in dominio adhuc sit venditoris, nihil ad decisionem huius controuersiae pertinet, siue res emtori extra iudicium tradita fuerit, nec ne; quin potius aequaliter, utroque casu, res vendita emtori praecise tradenda est. Ipsa quoque verba WERNHERI, si curatius expendamus, nos edocent, illius essatum, non traditione extra iudicium facta, sed hoc potissimum argumento niti, quod creditores personam debitoris repraesentent, qui, ut iam dictum est, (§. IX.) statim post perfectam venditionem, ad rem venditam praecise tradendam obligatur. Vnde etiam haec generalis inscriptio: *Immobilia a debitore, citra fraudem alienata, orto concursu creditorum, reuocari nequeunt, licet adhuc in dominio debitoris sint*, in fronte huius obseruationis WERNHERIANAE legitur.

§. XXI.

§. XXI.

Controversum est thema propositum.

Omnis autem in iure ciuili definitio periculosa est. Parum est enim, vt non subuerti possit. *L. 202. D. de reg. iur.* Vnde pauca in iure nostro reperiuntur capita, quae non a Iureconsultis quibusdam in controversiam vocatae sint. Mirum ergo non est, quod haec a nobis pertractata species, multis contra sententiarum dubiis, sit obnoxia. Quae, vt expendamus, superfedere haut possumus.

§. XXII.

Primo dubio; quod creditor speciei ante traditionem, non nisi ius personale habeat; respondetur.

Contendunt nonnulli, creditorem speciei, prius, quam dominium consecutus, sit, non nisi ius et actionem personalem habere, et hinc reliquis creditoribus, non anteferendum esse. Sed permultum interest, num actio haec personalis contra tertium possessorem, an vero contra debitorem ipsum, vel concursum eius, intendatur. Quando enim species, de qua aliquis cum debitore communi contraxit, ad alium ex illo contractu non obligatum, quem tertium vocamus possessorem, peruenit, expediti iuris est, creditorem speciei, aduersus illum experiri non posse, nisi ipse prior dominus eius factus fuerit, quam ille eam traditam acceperit. *L. 15. C. de R. V. (§. VIII.)* Sed quando contra debitorem communem, aut eius concursum agitur, nihil refert, qua actione, num personali, an reali, species debita petatur, cum debitor eam praecise praestare cogatur, concursus credi-

creditorum autem, debitoris communis personam repraesentet, et hinc iisdem obligationibus, sit obnoxius.

§. XXIII.

Alterum dubium; debitum speciei, prae quantitatis debito, ius prioritatis non habere; remouetur.

Obiiciunt alii, *debitum speciei privilegio quodam, et iure prioritatis, non gaudere.* Verum de iure hoc praelationis, non nisi creditores quantitatum concurrentes inuicem disceptant. Nam quantitatum creditores postulare nequeunt, ut ipsis bona debitoris in solutum dentur (§. VIII. XIII.) sed tantummodo pretium ex illarum venditione redactum, quod nunquam fere omnibus sufficit, inter illos pro rata parte, distribuitur. *L. 6. C. de rebus auctoritate iud. poss.* Cum autem hoc modo creditores partis pecuniae creditae iacturam faciant, leges ex speciali beneficio quibusdam personis et causis ius praelationis praereliquis creditoribus dederunt, ita tamen ut plures privilegiati creditores, eiusdem tituli, iterum pro rata tantum parte, concurrant. *L. 32. D. de reb. auctor. iud.* Hoc autem privilegio, creditores specierum opus non habent, cum ipsum corpus rei, non vero pecunia ex eius venditione accepta, illis debetur.

§. XXIV.

Dubium tertium, occasione hypothecarum ortum, eliditur.

Porro indubitatum quidem est, Iure Saxonico Electorali, pignus in rebus mobilibus, traditione demum, *O. P. R. ad Tit. 44. §. 2.* hypothecam autem in rebus immobilibus,

bus, non nisi domini directi, et iudicis rei sitae, consensu accedente, constitui, CONST. ELECT. 23. P. 2. ORDINAT. PROC. Tit. 46. §. 3. et hinc quantitatis creditorem, qui ante motum concursum, rem mobilem oppignoratam traditam non accepit, aut iudicis et domini directi consensum in hypothecam rei immobilis, non impetrauit, nec pignoris vel hypothecae, nec praelationis iure, prae ceteris creditoribus chirographariis, vti. Falluntur tamen, qui hinc etiam creditorem speciei, qui dominium eius ante suscitatum concursum adeptus non est, illam nullo iure praecipere, contendunt. Requisita enim modo exposita, ad substantiam hypothecae pertinent, quippe quae solo consensu (excepta tacita, quibusdam personis tantum ipso iure, competente hypotheca) nunquam contrahitur. Omnes conuentiones autem, vbi species quaedam in obligationem deducitur, v. c. emtio, venditio, donatio, transactio, solo contrahentium consensu, perficiuntur, et itaque traditio speciei, quae in iudicio pariter atque extra iudicium fit, non ad substantiam debiti, sed potius ad implementum et consummationem eius, spectat. Cum primum ergo conuentio eiusmodi de speciei dominio transferendo, perfecta est, species praecise debetur, licet nulla nec in iudicio, nec extra illud, accesserit traditio. Hypotheca denique non est debitum, sed tantummodo securitas debiti, vnde ab illa, ad debitum speciei, consecutionem non valere, satis clarum est.

C

§. XXV.

Barthio, ex aliqua parte dissentienti, respondetur.

His praestructis, facile responderi potest BARTHIO, qui in *Hodegeta forensi, Cap. III. §. 2. Nota, m)* inter illos casus, ubi 1) res immobilis vendita, praevia resignatione iudiciali, emtori tradita est, et ubi 2) debitor dominium, pariter atque possessionem rei immobilis venditae, retinuit, discrimen ponit, his verbis: *Iure Saxonico immobilium proprietates, non nisi resignato prius iudicialiter, a venditore, eorum dominio, transferri in emtorem potest. Dec. El. 61. nec hypotheca in iis, extra iudicialiter potest constitui, P. 3. Const. Elect. Sax. 23. ne pluribus una eademque res, clam vendatur et oppignoretur, sicque et emtores et creditores decipiantur. Vnde quaesitum: si quis venditor ante iudicalem resignationem et traditionem, bonis laborat, an existente creditorum concursu, immobile illud venditum, ad massam bonorum creditoris, pertineat, emtorque solutum extraiudicialiter forte pretium, in concursu creditorum liquidare, et expectare suam locationem in sententia designatoria, debeat? quod affirmandum utique videtur, quia non nisi personali iure, nullo vero reali, gaudet. Si modo in nudis conventionis terminis, contrahentes substituerint. Nam si appellatione tertii, venditor tradere impeditus, oblatis literis magistratui, dominium resignet, et conferre illud emtori, petat, huicque interea vacuam possessionem praedii, traditis simul, in praesentia Notarii et testium, clauibus, cedat, tunc, etsi in libris cen-*

*ensualibus, eius nomini adhuc praedium illud esset adscri-
 ptum, atque sic eius proprium adhuc videretur; Nihilominus
 tamen, quia liberam rerum suarum administrationem et
 alienandi potestatem habuit, adhuc soluendo creditus, seque
 abdicavit dominio, translata simul in emtorem eius posses-
 sione, in numero rerum eius adhuc esse, dici id minime poterit.*
 Hoc postremo casu, ubi nimirum debitor possessionem
 fundi venditi, vel cuiuscunque alius speciei promissae, in
 emtorem, vel creditorem speciei, transtulit, in aprico est,
 quod superueniente concursu creditorum, curator bono-
 rum, fundum, vel speciem istam, vindicare nequeat, cum
 dominium eius, non apud debitorem, sed in manu iudi-
 cis esse, intelligatur. Quare etiam, teste BARTHIO, hunc
 in modum SCABINI LIPSIENSES, *Mense Ianuario et
 Maio a 1700. in Iohannis a Ryffel Concursu Creditorum,* pro-
 nunciauerunt. Sed priori quoque casu, perfecta ante or-
 tum concursum emtione venditione, vel alia, de speciei
 cuiusdam dominio transferendo conuentione, licet nec in
 iudicio, nec extra illud, traditio secuta fuerit, creditori-
 bus iudicis auctoritate in possessionem missis, rei praecise
 tradendae necessitatem incumbere, ex illis, quae supra di-
 ximus, satis liquet. Quam sententiam in SUMMA PRO-
 VOCATIONVM CVRIA receptam esse, quae sequun-
 tur exempla, nos edocent.



§. XXVI.

Primum exemplum, thema propositum illustrans.

Conkursus Creditorum imminebat contra duos fratres socios, mercaturam exercentes, J. D. S. et J. E. S. Vnus ex creditoribus eorum J. F. B. sibi vigilans, domum debitoris, cum pacto de retrouendendo, emebat compensato pretio cum debito quodam chirographario. Cum autem debitor instrumentum venditionis, SENATU CHEMNIZENSI, confirmandum offerret, simulque dominio se abdicaret, interpositae a quibusdam creditoribus appellationes, impedimento erant, quo minus domus illa emtori sollemni ritu, in iudicio tradi posset. Non multo post, bonis cedebat debitor. Konkursus tamen coram REGIMINE DRESDENSI, uti vocant, intercedente pacto plurium creditorum, certam crediti partem remittentium, a REGIMINE approbato, sopiebatur. Quo facto J. F. B. traditionem iudicalem domus emtae, denuo petente, haec dicebatur sententia:

Daß J. F. B. Suchen nicht statt habe, es bleibe ihm aber, wenn er wegen seiner wider die Gebrüdere derer S. zu fordern habenden Schuld, dem mit denen Gläubigern, getroffenen Accord, beizutreten nicht gemeynet, selbige, wenn sie nach völlig gehobenen Credit-Wesen, in bessere Umstände gerathen, sowohl seinen Verkäufer, wegen des mit ihm getroffenen Haus-Kauffes, absonderlich zu belangen, unbenommen.

et

et quidem his additis rationibus, quod 1) emtor ob deficientem iudicialem traditionem, non nisi ius personale habuerit, (cui respondi §. XXII.) et quod 2) sciens debitorem soluendo non esse, emerit, (cui obstat L. 6. §. 7. D. quae in fraudem credit.) Appellante verò emtore, a SUMMA APPELLATIONVM CVRJA die 12. Sept. a. 1750. sententia ista, hunc in modum:

Daß B. Suchen vor unstatthafft nicht zu achten ic. ic. sondern es ist Klägers Principalen, daß, von gedachten S. erkauffte Hauß, samt denen erhobenen, und zum gerichtlichen Deposito gebrachten Nutzungen, in so weit dergleichen vorhanden, einzuräumen, und in Lehn zu reichen.

reformata, et interposita ex aduersa parte Leuteratione, die 31. Iulii, 1751. confirmata est, his subiunctis argumentis:

Diemeil der Wiederkauffs-Contract noch vor der beschehenen Cessione bonorum, als dem Schuldner noch die freye Disposition über sein Vermögen zugestanden, zwischen denen Contrahenten zur völligen Richtigkeit gekommen, der Verkäufer auch das verkauffte Hauß dem Käufer bereits gerichtlich tradiret, die Lehn davon in manus Iudicis resigniret, und daß solche dem Käufer gereicht werden möge, sich erkläret, dieser solches acceptiret, von dem erkaufften Grund-Stücke Possels genommen, und es lediglich auf der Confirmation des Contracts

und Lehn-Neichung annoch beruhet, welche die Vertreter der Massa um so weniger behindern können, als diese rückständige Passus nur ad Consummationem des bereits geschlossenen Contracts, gehören, und der Concurſus, da er *Personam Debitoris praesentiret*, und an dessen Stelle tritt, allezeit den Contract zu adimpliren, mithin rem venditam emtori zu praestiren, verbunden gewesen.

§. XXVII.

Alterum exemplum.

Similis casus ventilatus est coram Praefecto SCHWARTZENBERGENSI, in Joh. Gottl. Gottschaltes Concurſu, vbi C. F. Seydel, praedium a defuncti debitoris communis vidua et liberis, hereditatem damnosam esse, adhuc ignorantibus, emerat, ante vero, quam emptio venditio in iudicio confirmata esset, venditores dominium resignauerint, et emtor praedium in iudicio traditum acceperit, concursus creditorum superuenerat. Quo casu, emtore contractus implementum a creditoribus postulante, haec lata est sententia:

Daß C. F. Seydels Suchen, bey diesem Concurſe, nicht statt habe, sondern er mit seiner Forderung, an des Schuldners hinterlassene Wittib und Kinder, zu verweisen.

Quam vero sententiam SYMMA PROVOCATIONVM CVRIA, d. 19. Aug. a. 1747. his verbis:

Daß

Daß E. F. Seydels Suchen, bey diesem Concurse vor unstatthafft nicht zu achten, sondern es ist der Concur das verkauffte Guth Seydeln gegen Bezahlung derer rückständigen 50. Thlr. Kauf-Gelder, und des davon aufgelauffenen Interesse morae, zu überlassen, und in Lehn zu verschaffen, schuldig.

reformavit, et non obstante Curatoris litis et honorum Leuteratione, d. 2. Martii, a. 1748. confirmavit. Rationes decidendi sequentes erant:

Diemeil des Schuldners Wittib und Kinder, nach seinem Tode, sich dessen Verlassenschaft angemasset, seine Handlung fortgeföhret, und zu der Zeit, als sie das Guth an E. F. Seydeln verkaufft, amnoch liberam negotiandi et alienandi facultatem, gehabt, deswegen der Seydelische Rauff vor unbeständig nicht zu achten, hiernächst, weil der zu eines Venditoris Vermögen entstandene Concurfus Creditorum, rem a debitore, eiusue heredibus venditam, ob exceptionem euctionis praestandae, von dem Käufer zu revociren nicht befugt, E. F. Seydel bey dem Besig des von Schuldners Wittib und Kindern erkaufften Guths, ungeachtet er dasselbe noch nicht in Lehn erhalten, wenn seine Verkäufer solche rem hereditariam ob debitum hereditarium, ante interdictam honorum administrationem, an ihn veräußert, nicht weniger zu schützen.

§. XXVIII.

Tertium exemplum.

Nouissime in Johann Carl Schumanns Concurſu Creditorum, coram SENATV DRESDENSI excitato, eadem quaestio pertractata est. Res ita se habebat: Vnus ex creditoribus. J. G. Köhr, domum a debitore communi comparauerat. Sed ante concurſum, nec confirmationem contractus emtionis venditionis, nec inueſtituram, impetrauerat, quin adeo nec resignatio dominii, a debitore communi, facta erat. Emtore itaque inueſtituram petente, *d. 11. Mart. a. 1750.* pronuntiabatur:

J. G. Köhrs auf die Lehns-Neichung gerichtetes Suchen, hat nicht statt, sondern er ist das, von dem Schuldner erkauſte Hauß, der Concurſ-Maſſe abzutreten, ſowohl von denen daraus erhobenen Nuzungen, die Zeit über, da er ſolches beſeßen, und inne gehabt, richtige Rechnung abzulegen, verbunden, dabey ihm jedoch, die entrichteten Steuern, und andre Abgaben, deßgleichen die übrigen angewendeten Melioration-Reparatur- und andere unvermeidliche Koſten, in Ausgabe zu bringen, unbenommen, und wird ſodann mit Subhaſtation beſagten Hauſes, billig verfahren.

his annexis rationibus decidendi:

Obwohl J. G. Köhr, mit dem Schuldner über ſein Hauß, einen Kauſſ geſchloſſen, dieſer ihm ſolches abgetreten, und eingeräumet, er auch actu in Beſitz hat, die

die gerichtliche Belehnung aber, wegen eines streitigen
 Mages, und hierüber entstandenen Processes, unter-
 blieben, ihm hierunter keine Mora zu imputiren,
 sich auch dabey um so viel weniger Bedenklichkeit zu
 ereignen scheint, weiln solcher Kauff, lange vor ent-
 standenen Concurs, zu einer solchen Zeit getroffen, da
 der Schuldner im guten Stande, liberam alienandi
 facultatem gehabt, und nicht der geringste Verdacht
 vorhanden, daß solcher Kauff in fraudem credito-
 rum geschehen, diesemnach Noth auf die Gültigkeit
 forhanen Kauffs und dessen Lehns-Belehnung, so ihm
 die Creditores zu verschaffen schuldig, dringet, even-
 tualiter diese seine Forderung bey dem Concurse li-
 quidiret, und daß ihm diese, nebst denen in das Haus
 erweislich verwendeten Meliorations-Kosten, ingleichen
 allen währenden Besizes entrichteten Steuern, und an-
 dern Abgaben, auch aufgewandten Expensen, vor Ab-
 tretung des Hauses, prioritactisch vor allen andern Gläu-
 bigern, ex Massa Concursus bezahlet werden müsten,
 ihm hingegen eine Rechnung abzulegen, nicht angemes-
 set werden könne, in denen Gedanken siehet; Dem-
 noch aber und dieweil weder die Auflassung der Lehn,
 noch die Inuestitura iudicialis des verkauften Hauses,
 an Nothren, erfolget, mithin das Dominium auf
 ihn, als Emptorem, nach Sachsen-Recht nicht trans-
 feriret worden, sondern annoch bey dem Venditore,
 dem Debitore communi, verblieben, und dem Käuf-

D

fer

fer wegen des, was er auf das Kauff-Preitium bezahlet, kein prioritaetisches Recht, sondern bloße Personal-Ansprüche ad repetendos nummos, zustehen, wenn er auch gleich in dem Besitze des Hauses sich befindet, angesehen ad transferendum dominium in re immobili, die iudicialis traditio et inuestitura, iure Saxonico schlechterdings erfordert wird, und sich derselbe bezumeßen, wenn er eher, als die Lehn- : Reichung vorgegangen, den Kauff-Schilling pro parte bezahlet, nunmehr aber, da zu des Venditoris Vermögen, ein Concurfus Creditorum entstanden, sich die Sache geändert, solchergestalt er das in Besiß habende Haus, ad Massam Concurfus abzutreten, sowohl die Zeit über, da er solches administriret, von denen erhobenen Nuzungen Rechnung abzulegen schuldig, dabey ihm gleichwohl billig in Ausgabe passiren muß, was er an Oneribus, Zinsen von denen darauf stehenden Capitalien, Reparatur- und Melioration- auch andern Unkosten, bona fide erweislich aufgewendet.

Sed appellante emtore, aliter visum est *SVMMAE APPELLATIONVM CVRIAE.* Verba sententiae d. 14. Aug. 1751. recitatae, haec sunt:

Daß das, von dem Schuldner an Johann Georgen Nöhrren verkauffte Haus, und Pertinentien, zur Concur-Masse und Subhastation, nicht zu bringen, sondern es
ist

ist der Curator litis, obgedachtem Joh. Georgen Nöhren, wenn er zuförderst die rückständigen Kauff-Gelder, nebst dem Interesse morae, von der Zeit an, da solche gefällig worden, so viel er davon durch richtige Quittungen zu mindern nicht vermag, zur Concurs-Masse bezahlet, wie ihm binnm 14. Tagen, bey Vermeidung der Hülffe zu thun, obliegt, auf beyder Theile Kosten, die gerichtliche Confirmation des Contracts, zu verschaffen, die Lehn an dem Hause, und denen übrigen mit verkauften Grund-Stücken, auf zulassen, und diesem solches in Lehn und Würden reichen zu lassen pflichtig, es ist auch Nöhr mit Ablegung der Rechnung, von denen, aus dem Hause und Zubehör erhobenen Ruzungen, zu verschonen.

Leuteratione a Curatore litis et bonorum oblata, nihilominus haec sententia d. 15. April. a. 1752. confirmata est, hac addita declaratione:

Daß Nöhren, wenn er die, auf seinem von dem Gemein-Schuldner erkaufften Hause, haftende hypothecarische Forderungen, an Capital und Zinsen, wirklich bezahlet, die darüber, von benannten Gläubigern, empfangene Quittungen, bey der erkannten Bezahlung des vom erwehnten Hause rückständigen Kauff-Geldes, der Concurs-Masse, statt baaren Geldes, zuzurechnen, unbenommen, er ist aber auch in solchem Fall, vorgedachter Gläubiger Losfagung von diesem Concurs, wegen ih-

rer in der II. Classe locirten Forderungen, anzuschaffen schuldig.

§. XXIX.

Debitum speciei extra concursum petitur.

In confinio illarum dubitationum, haec oritur quaestio, num creditor speciei, illam extra concursum condicere queat, an vero in termino edictali, ut pragmatici aiunt, sub poena praecclusionis, illam liquidare, necesse habeat? Priorem sententiam veriore esse, ex his quae supra diximus, patet. Cum enim creditores auctoritate iudicis in possessionem bonorum debitoris missi, species ab illo debitas, praecise et integras praestare cogantur, §. XII-XVII. et hinc ex illarum distractione, pariter atque fructibus, sibi consulere haut possint, consequens est, ut eiusmodi species debitae a massa concursus, ex qua reliquis creditoribus satisfieri, fas est, sint separandae. Quod vero a massa concursus distinctum est, iure meritoque extra concursum petitur, L. 24. D. de rebus auct. iud. poss. ORD. PROCESS. SAX. REPETITAE PRAELECTIONIS, ad Tit. 41. §. 1. et ad Tit. 42. pr. (conf. §. IV.) et quod extra concursum persequimur, in termino edictali liquidare, opus non habemus. Accedit, quod creditores quantitatim, qui liquidationem crediti, in termino edictali neglexerunt, a praesenti tantum massa concursus praeccludantur, non vero ius crediti amittant, id quod a debitore cum primum ad meliorem fortunam peruenit, petere non prohibentur. Cum itaque species debitae ad massam

con-

concurfus, ipfo iure, non pertineant, fed ab illa feperandae
fint, per fe clarum eft, hanc poenam praeculionis credi-
toribus fpecierum, qui in termino liquidationis non com-
parent, fruftra applicari.


§. XXX.

Creditor fpeciei partem non fert impenfarum concurfus.

His praemiffis, non amplius obfcurum eft, credito-
rem fpeciei, partem non ferre fumtuum, qui ad indaganda
et conferuandam maffam concurfus, impenfi funt,
fed illos tantummodo praeflare, qui ad ipfius fpeciei de-
bitae fpectant conferuationem. Sumtus adeo, quorum in
confirmatione eiusmodi contractus opus eft, pro dimidia
parte ex maffa concurfus erogandi funt, nifi aliter inter
contrahentes conuenerit. Quae omnia in foro obtinere,
aeta publica, quibus cauffae §. XXVI. XXVII. et XXVIII.
laudatae continentur, fatiS demonftrant.



o
t
i
o
e
-
-
-
i
-
i.
et
t,
ti
o,
is
se
ne
vi-





Leipzig, Diss., 1753

X 2373094


VD18

ULB Halle
007 231 946

3







B.I.G.

Farbkarte #13

#16: 385

1753, 11.

INAUGVRALIS IVRIDICA

DE

PRO SPECIEI

TE TRADITIONEM

V CREDITORVM

SE PRAESTANDO

QVAM

CONSVLTORVM ORDINIS

ONSENSV

OBTINENDIS

MMIS

IVRE HONORIBVS

OCTOBRIS MDCCCLIII.

L. Q. C.

CE DEFENDET

VCTOR

RIDERICVS FLEISCHER

VS DRESDENSIS

PSIAE

LANGENHEMIANA.

